



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXLVIII. Decretum circa electiones Abbatum Congreg. Bavaricæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

Confirmatio
relatarum
Constitutio-
num.

Clausule.

num, & recessus Capitularum emendandi erunt. Et quidem circa pariformem introductionem Regularis Disciplinæ, respiciendum in primis erit ad Sanctam Regulam, ubi satis expressum, & prospectum est, neque aliud fere desideratur, quam debita observantia, & executio.

Deinde sicuti ad S. Regulam declaratione aliqua, vel singulari studio opus videbitur, ad statuta aliarum supradictarum Congregationum recurrentum, coequi semper collandum erit, ut inter omnia Monasteria nostra conformitas cum supradictis Congregationibus, tam in celebratione Generalis Capituli, quam in electione Præsidis, Visitatorum, & Abbatum, ut etiam in reliquis omnibus, quæ spiritualem, & temporalem totius Congregationis nostra Bavariae, & singulorum Monasteriorum directionem concidunt, conformatio omni meliori modo introducatur.

Unde DD. Visitatorum curæ specialiter committitur, ut statim in prima visitatione diligenter inquirant, ubi, & in quibus discrepantia, & disformitas uisu, vel abusu introductory fit: simili que rationes, & causas disparitatis, aut relaxatiōnis perquirant, & si quid alicubi irrationaliter declinatum agnoscant ex melioribus rationibus Superiores, & Conventuales ad pariformem, quæ in dictis aliis prefatarum Congregationum Monasteriis laudabiliter vigeat, disciplinam disponant. Quod si vero obstacula, seu causa contradicendi alicuius momenti, & probabilitatis opponantur, res ad Capitulum triennale referenda, ibique communī consilio statuendum erit, quod consideratis considerandis practicabile iudicabitur, habito, ut prædictum est, respectu tum ad Sanctam Regulam, tum ad dictarum Congregationum statuta, a quibus temere sine certa, & justa causa non declinabitur.

Ad harum Constitutionum observantiam tegebuntur omnes, & singuli Abbates, & Religiosi Monasteriorum omnium in Brevi Apostolico Erectionis sub Datum Romæ die 26. Augusti 1684. expressorum, necnon aliorum de domino dumtaxat Serenissimi Electoris utriusque Bavariae Ducis &c. quorum Abbates pro facta fibi a Sancta Apostolica Sede facultate, nostra Congregationi, vel jam accesserunt, vel in posterum accident.

Si quid porro cum tempore mutandum, innovandum, vel minuendum, aut alias addendum censembitur, poterit id fieri in Capitulis Generalibus, ita tamen, ut quæ taliter in Capitulo Generali decernentur, vim legis non habeant, quin a Capitulo sequenti fuerint confirmata, & quatenus his Constitutionibus contraria fuerint, a Sancta Sede Apostolica approbentur.

Quod si quis Abbas, vel Monachus ex praefatis Monasteriis sic in Congregationem unitis, vel uniendis dixerit, se ad has Constitutiones non teneri, vel quod ei pro libitu liceat a Congregatione discedere, & exemptioni a Sancta Sede Apostolica ad formam Helveticæ Congregationi concessa renuntiare, a Regularibus Superioribus suis tanquam Apostata puniatur.

Nobis propterea Cælestinus Abbas Præses, aliqui Abbates Exponentes prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialis favore gratia prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat, consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium, &

Prælatorum, qui rem mature plures discusserunt, consilio, omnes, & singulas Constitutiones præinsertas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 1. Decernentes easdem præsentes literas, & Constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicut in præmissis per quoque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis prædictæ Nuncios, aliosque quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Monasteriorum præfatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanstris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptris, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubicumque locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die VI. Febr. MDCLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CXLVIII.

Confirmatur Decretum Congreg. Episc. & Reg. circa electiones Abbatum Congregationis Bavariae Ord. S. Benedicti.

Horum Monachorum Constitutiones extant Const. ed. 1686., Feb. 6. P. 10. Privilegia vero Inn. XII. Constit. ed. 1691., Aug. 11., P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Cælestini Abbatis Monasterii Sancti Ermanni, Ratisbonen. Præsidis, & ceterorum Abbatum Monasteriorum Congregationis Bavariae Ordinis Sancti Benedicti sub titulo Sanctorum Angelorum Custodum a Nobis erectæ, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, exposito, quod cum in Constitutionibus dictæ Congregationis Bavariae a Congregatione nonnullorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, & Romanæ Curæ Prælatorum, desuper a Nobis specialiter deputata, jam correctis, & approbatis, non satis dispona-

Dat. 9. Febr.
1686. An. 10.

Proponuntur
quædam du-
bia Congreg.
Epif. & Reg.
circa elecio-
nem Abba-
tum.

Preces Prae-
sidis, & Ab-
batum.

ANNO
1686.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

481 ANNO

1686.
Clauſus.

Dubium pri-
mum.

Dubium se-
cundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Decretum
Congregatio-
nis, quo de-
cernitur rem
committendam
particulare
Congrega-
tioni, inter-
rim vero fer-
vandam anti-
quam for-
mann.

Præces Prae-
fidiis, & Ab-
batum.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

tur de electionibus Abbatum, qui in Bavaria, quemadmodum in reliqua Germania, perpetui sunt; unus vero ex dictis Abbatis, nempe dilectus filius Abbas Monasterii Oberaltzacenensis jam graviter, & cum vita periculo ægrotare dicitur, cupiebant propterea dicti Exponentes, per dictam Congregationem Cardinalium decerni, & declarari. Primo an in electionibus, deinceps faciendis, intervenire debeat, nec ne Praeses pro tempore existens dictæ Congregationis Bavaricæ, loco Episcopi Dioecesani, vel Commissarii Episcopalis, qui ejusmodi electionibus præsidebat, quando Monasteria prædicta, qua per Nostras super erectione dictæ Congregationis Bavaricæ, in simili forma Brevis, expeditas Literas, ab ordinaria Jurisdictione, exempta sunt, ordinaria Jurisdictioni hujusmodi adhuc subjeccant, & quatenus Praesidem ipsum, aut unum ex Abbatis, qui eo tempore Visitationis fungebatur officio, ab humanis decadere contingat, quomodo eo casu procedendum sit. Secundo, si Praeses propter legitimum impedimentum, electioni interesse nequeat, an ei liceat eo mittere unum, vel plures a se deputatos, qui ejus loco præsideant. Tertio utrum præter Praesidem, vel ab eo deputatum ambo Visitatores pro tempore existentes, vel eorum alter electionibus hujusmodi etiam interesse habeant. Quarto, an dies futurae electionis a dicto Praeside, vel a Priore Monasterii vacantis denominari debeat, & quantum tenus statuatur Praesidem, & Visitatores praefatos electionibus hujusmodi interesse debere, utrum eis competiturum sit votum, sive suffragium una cum Capitularibus Constitutionibus, an vero simplicem residentiam, pro mera distinctione exercere debeant. Quinto an quoad reliqua omnia in electionibus praefatis servari debat forma hactenus usitata, quam supradicta Cardinalium Congregatione exhiberi curarunt, an vero, in ea aliquid pro arbitrio, & prudentia ipsius Congregationis mutandum sit. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regulare præposita, referente Eminentissimo Carpino, cœnsum, suprascriptum negotium remittendum esse ad Congregationem particularem per S. D. N. specialiter deputatam. Interim vero si casus vacationis evenerit, praesidendum esse electionibus, sine præjudicio Juriū partium ab Abbate Sancti Ermanni, nomine Sanctæ Sedis. In iisdem autem electionibus, fervandam in reliquis esse formam, & modum, qui servabatur ante unionem prædictorum Monasteriorum in Congregationem. Romæ prima Februarii 1686. G. Cardinalis Carpino - Loco ✠ Sigilli - B. Panciatius Secretarius.

I. 1. Cum autem, sicut pro parte Cælestini Præsidis, ceterorumque Abbatum prælatorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Nostra Confirmationis patrocinio, plurimum communiter desiderent; Nos specialiter ipmis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia, a Jure vel ab homine quavis occasione vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, supplicationibus, eorum nomine, Nobis, super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præsentum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfactæ Congregationis Cardinalium.

Bullarii Rom. Contin. Pars V.

I. 2. Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

I. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictorum Monasteriorum, aliisque quibusvis etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praefentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Febr. MDCLXXXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Declaratur irrita, & nulla alienatio Feudi status Maserani sine licentia S. Sedis Apostolicæ facta Duc Sabaudia.

Conf. ed. 1677., Apr. 12. P. 1. committitur Episco-
po Alexandrino Causa inter Principem, & ejus
subditos. Innoc. XII. vero Conf. ed. 1700., Jul.
30., P. 9. declaravit quoddam Indultum Ducis Sa-
baudie a Nicolao V. concessum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dat. 20. Febr.
An. 10.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM (sicut accepimus) dilectus filius nobilis vir Carolus Beffus Ferrerius Fliscus Princeps Maserani, & Marchio Crepacorii Vercelleni, Dieceesis Terræ, & Castra Maserani, & Crepacorii, & Quirini, Fleccchia & Rissi d. Dieceesis, seu eorum aliquod, vel aliqua, quæ in Feudum una cum eorum respective territoriis, Districtibus, Villis, Vassallis, hominibus, incolis, & habitatoribus, forralitiis, franchitiis, & homagiis, aliisque juribus, & pertinentiis, nec non omni modo alia, bassa, civilis, & criminali Jurisdictione, mero, & mixto imperio, gladiisque, & necis potestate, ac titulis, & insigniis, aliisque honoribus, & oneribus, salariis, & regalibus solitis, & consuetis, immediate a Nobis, & hac sancta Seude, ac Camera Nostra Apostolica sub certis censibus, sive recognitionibus obtinebat, & recognoscet, dilecto filio nobili Viro Victori Amadeo Sabaudie Duc, & Pedemontii Principi, absque nostra, & dictæ Sedis licentia, beneplacito, vel consensu (quamvis illis forsan reservatis) vendiderit, seu alio quocumque titulo, vel modo ad favorem ejusdem Victorii Amadei Duci, aut cujuscumque alias Persona, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignæ, alienaverit, & forsan ad traditionem possessionis, seu quasi possessionis Terrarum; & Castrorum, aliorumque vendoritorum, seu alienatorum prælatorum, aliisque actus devenerit, & alias prout in Instrumento, seu Instrumentis, aliisque scripturis publicis, vel privatis defuper forsan confessis, quorum omnium, & singulorum tenores, etiam veriores, ac datas, aliave quæcumque,

Refertur a-
lienatio fendi
Status Maser-
ani, a Prin-
cipe Carolo
Beffio facta
Amadeo Du-
ci Sabaudie.

S s

etiam